



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

2. Executor an teneatur ipso iure debitum soluere. disting.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

DE EXECVT VLTI. VOLVN. 49

so ar.l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbit.
Vbi quatuor præcipue sunt ponderanda.

Primum est, an debeatur: atq; quo iure.

Secundum est, quando.

Tertium, qualiter.

Quartum est, quibus.

In primò igitur punc̄to considerare debet,
vitrum debitum sit naturaliter & ciuiliter:
¶ an verò naturaliter tantum, vel ciuiliter tan- 2
tum, quoniam primò casu illud est omnino sol-
uendum: vt l.i. §. debitum ff. de constit. pecu.
Verbi causa, si testator fecit furtum, rapinam,
dolum, oppressionem, calumniam: vt 14. q. s.
c.fin. Nam istam restitutionem præcipit fieri
ius positum in legibus scriptum. Item ius natu-
rale, quod prohibet aliquem locupletari cum
aliena iactura: vt l.nam & hoc nutra. ff. de
condi. inde. & 1. distin. ius naturale. Et tertio,
ius diuinum vt in reg. peccatum. de regu. iur.
lib. 6. Si verò est debitum ciuiliter tantum, vel
naturaliter tantum, Bald. in l. id, quod paupe-
ribus. in 4. parte fecit aliquas quæstiones: sed
examinaui latius cum Canonistis in c. quia ple-
riq. de immu. eccl. vbi tango. 15. casus, in qui-
bus quis

IOAN. IACOB. à CANIBVS

bis quis de iure poli tenetur ad restitutionem;
licet videatur secus de iure ciuili.

3. † Primus est, quando dominus suo seruo
promisit: quia non tenetur de iure ciuili: vt l.
naturaliter. ff. de cōdīct. indeb. l. quod attinet.
ff. de reg. iu. l. interpositas C. de rrāsact. tamen
secus est de iure diuino: quo tenetur hæres il-
lud soluere: secundum Inno. in d. c. pleriq. &
ratio secundum Abbatē Siculum ibi est: quia
licet non adsistat ius ciuile illi obligationi:
tamen adsistet ius canonicum, quod fouet illud
promissum ex sufficienti causa: vt c. 1. & 2.
de pāctis. cūm Deus † non faciat differentiam
inter simplicem loqueland. & iuramentū. bene
facit ad hoc quod not. in c. 1. de pœnis. lib. 6. Et
idem quod dixi de promissione facta per domi-
num seruo, potest dici: secundum Abbatem
5 de promissione † facta per Abbatem mona-
cho alleg. l. non ideo de noua. Inno. in c. insinu-
ante qui cle. vel voun. & no. per Io. An. in c.
cum singula. de præben. li. 6. & in c. nō est ob-
ligatoriū. de reg. iur. eo. lib. Et idem ego puto de
promissione facta per patrē filio: vt not. in l.
frater à fratre ff. de cōdīct. indeb. et l. patris et
filij